AUGUSTINUS
Admont, Mitte 12. Jh.
Seite 17v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26830
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quemadmodu scripturas duae testamentorum veteris & novi accipere
debeamus. Pars enim quaedam terrenae ciuitatis imago caelestis ciuitatis
effecta est. non se sig do mificando sed aliorum. & ideo seruiens. Non enim propter se
ipsam sed propter aliam significandam est instituta. & praecedente alia significatio
ne & ipsa praefiguratis praefigurata est. Hamq; agar ancilla sarae eiusq; filii imago
quaedam huius imaginis fuit. Erat enim transitorie erant umbrae lucis uenientis.
ideo dixit liberam saram quae significabat liberam ciuitatem. Iam rursus alio modo
significandae eiusdem umbra seruebat. Eiice ancillam & filium eius. non enim heres
erit filius ancillae cum filio meo ysaac. Quod autem apostolus cum filio liberae. Inuenimus
quoniam interrena ciuitate duas formas. unam suam praesentiam demonstrantem. aliam
caelesti ciuitati significandae sua praesentia seruientem. Pars autem ciuis ciuitatis
terrenae peccato uitiata natura. caelestis vero ciuitatis ciuis pars a peccato
natura liberans gratia. Vnde illa uocantur uasa irae. ista uasa misericordiae. Sig
nificatum est hoc & in duobus filius abrahae. quod unus de ancilla eiusque
ducebatur agar secundum carnem natus est ismahel. alter autem de sara libera secundum
repromissionem natus ysaac. utique quidem de semine abrahae. sed illu ge
nuit demonstrans sui studio naturam. istum uero dedit promissio significans
gratiam. Ibi humanus usus ostenditur. hic diuinum beneficium commendatur. Sara
quippe sterilis erat. & desperatione plus satium de ancilla sua corripiens
hoc quod de se ipsa nunc posse cernebat. dedit ei feminam uiro suo de quo parere
uoluerat nec poterat. Exegit itaque sic a debito de marito. uiens iure
suo in utero alieno. Natus est quoque ismahel sicut nascuntur homines per mixtione
seruus utriusque usitata lege naturae, ideo dictum est secundum hominem. non quod ista
beneficia dei non sint. aut non illa dis operetur cui opifex sapientia attingit sicut
sicut scriptum est a fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. sed
significandum fuerat dei donum quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur.
sic oportuit dari filium quem admodum naturae non debebatur ex cursibus. Negat
enim natura iam filios tali commixtioni mariti & feminae. quibus ea poterat
abrahae & sarae in illa iam aetate. mulieris & accedente sterilitate. quae nec
tunc parere potuit. quam non aetas fecunditatem sed aetatem fecunditas defuit.
Quod quoque naturae sic affectae fructus posteritatis non debebatur. significat quod nata
generis humani peccato uitiata ac proinde iure damnata. nihil uerae felicitatis in posterum merebatur. Recte quoque significat ysaac per repromissionem
natus filios gratiae. ciuis supernae ciuitatis. socios pacis eternae. ubi sit non amor
proprie ac priuatae quodammodo uoluntatis. sed communi eodemque immutabili
bono gaudens atque ex mutuo unum cor faciens. id est perfecte concordes
obedientiae karitatis. Terrena porro ciuitas quae sempiterna non erit.
neque enim cum extremo supplicio damnata fuerit iam ciuitas erit.